



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Ivstitia Et, Ivs. Sex Libris totidem Tractatus appono, nempe de rerum
Dominio, de Restitutione, de Contractibus Gratuitis, de Contractibus
Onerosis, de Contractibus Fortunæ, de Contractibus Adminicularis, de
Quasi-Contractibus, & nonnullis Innominatis

Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663

Sectio I. De Præcepto observandi leiunia receptiores sine lite sententiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80681](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80681)




LIBER XLV.
PRÆCEPTVM QVARTVM
DE ECCLESIASTICO IEIVNIO.

PRÆCEPTVM quartum Ecclesia circa Ieiunia Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Vigiliarum que præscribit obligationem. Exprimam, quid sit Ieiunium Ecclesiasticum? Quanam ad illius essentiam requirantur? Quinam ad eius obseruationem obligentur? Quinam verò eximantur.



SECTIO PRIMA.

De Præcepto obseruandi Ieiunia, Receptiores sine lite Sententia.



CAPVT I.

Quid sit Ecclesiasticum Ieiunium?

VLGARE est, ieiunium ex vi suæ significationis importare abstinentiam quæ quidē quatuor modis potest accipi. Primo, pro abstinentia à vitiis, & peccatorum fuga. Cap. Ieiunium, de consecrat. dist. 5. Secundo sumitur pro abstinentia à qualibet re per modum cibi & potus, & hoc dicitur ieiunium naturale, quod frangitur quoties aliquid cibi, vel potus in stomachum transmittitur; qui autem degustans, statim ejicit, non dicitur ieiunium naturale violare. Tertio recipitur pro parsimonia, & temperantia, quæ in hoc posita est, ut non plus cibi, aut potus absumatur, quàm ratio naturalis præscribit. Quarto denique sumitur pro ieiunio Ecclesiastico, quo præcipitur vnica in die comestio, hoc est à media nocte ad mediā vsque noctē futurā. D. Tho. 2. 2. q. 147. Filliuc. tract. 2. 7. part. 2. cap. 1. Reginal. l. 4. num. 125. Nauar. summ. cap. 2. 1. numer. 11. Fagund. præc. 4. lib. 1. cap. 1. numer. 1. Sancius in select. d. 5. 1. 1. & 2.

Ieiunium Ecclesiasticum est abstinentia voluntaria à cibo iuxta Ecclesie præscriptum, vel receptam consuetudinem. Dicitur voluntaria, quia est actus virtutis, & præcipue temperantiæ ac obedientiæ, qua præceptum de Ecclesiastico ieiunio integrè ac perfectè asseruatur; ad tem-

perantiam enim pertinet delectationem cibi, ac potus ita moderari, ut in ipsis debitam constituat mediocritatem, ut huiusmodi delectatio sit iuxta mensuram rationis. Dicitur à cibo, non autem à potu; quia potus potius ordinatur ad distributionem per corpus ob sanguinis refrigerium, quam ut per se corpus aliat. Et quia nomine cibi non veniunt medicinæ, potiones, & electuaria, quæ licet nutrant, sumuntur tamen ob infirmitatem subleuandam & ideo non solvunt ieiunium. Adicitur, iuxta præscriptum Ecclesie, id est, eo modo fiat, quo præscribit Ecclesia. Præscribit autem ciborum certi generis abstinentiam, vnicam comestionem, & certam refectionis horam. Lessi. l. 4. c. 2. dub. 2. n. 8. Bonac. de præc. Eccl. d. vlt. q. 1. punct. 1. n. 7. Sancius in select. d. 5. 1. n. 2. & omnes.

Adest equidem ieiunandi præceptum. Quia vero ieiunium ab Ecclesia pro diuersis temporibus & diebus est institutum, ideò ex iure non colligitur vnum commune ieiunandi præceptum, sed diuersa pro diuersis temporibus. cap. Non licet, cap. Non oportet, cap. Placuit, de consecrat. dist. 5. & cap. Consilium, de obseruat. ieiunior. Porro hi textus non condunt nouum ius circa ieiunium, sed declarant obligationem iā ab Ecclesia impositam, ideòque non vtuntur verbis præceptiis, sed tantum declaratiuis obligationis. Vnde impudenter asserunt nostri temporis hæretici, ieiunia esse libera, & ex cuiusque arbitrato suscipienda. D. Tho. 2. 2. q. 147. a. 8. Tolet. l. 4. c. 2. n. 1. Azor. to. 1. l. 7. c. 8. q. 3. & c. 10. q. 6. Sancius in select. d. 5. 1. n. 4. & omnes.

CAPVT


SCOBAR

col: Mor.

WVIVII

E. IV

6



CAPVT II.

De abstinentia à Carnibus ex
præcepto ieiunij.

4
Prima es-
sentialis ie-
iunij conditio.

PRIMA essentialis ieiunij condi-
tio est, vt à carnibus abstineatur: &
quod ad ieiunium Quadragesimale
attinet, Constat ex cap. Statuimus,
dist. 4. Quod autem attinet ad omnia alia iei-
unia, de ieiunio ex cap. de esu carniū, de conse-
crat. dist. 3. & ex Concilio Gerundenſe, cap. 3.
& id constans & perpetua Ecclesiæ traditio
confirmat. D. Thom. 2. 2. question. 147. artic. 8.
Syluius ibi, Tolet. libr. 6. cap. 2. numer. 1. & alij.
Ratio est, quia ieiunium ordinatur ad mace-
randum corpus, vnde debet esse abstinentia à
cibo, qui est magis gustui gratus, & qui magis
subministrat: tales autem sunt fœs ex genere
carnes.

5
Certe carniū nomine intelliguntur etiam
oua Quadragesimæ tempore, nam extra hoc
tempus iure communi non sunt prohibita.
Quia in iure nullus textus reperitur, qui oua
prohibeat, licet quædam in locis ea in ieiuniis
extra Quadragesimam non permittat. An au-
tem talis consuetudo obliget sub mortali in
iis locis, vbi recepta est, perspicuum ab iis,
ad quos attinet, an introducta sit ex deuotione,
an cum destinatione obligationis: Nauar. sum.
cap. 2. numer. 15. Sanchez lib. 4. sum. cap. 11. nu.
51. Sancius in select. d. 56. numer. 18. Lezana sum.
verb. Ieiunium, numer. 3. Diana part. 3. tr. 3.
resol. 80.

6
Necnon carniū nomine lacticia intelliguntur,
quæ tamen solum Quadragesimæ
tempore iure vetantur, extra illud permittun-
tur, vt oua. Consuetudo verò quibusdam in
locis lacticia etiam in Quadragesima per-
mittit, exceptis paucis diebus vt in Belgio. Vn-
de in ouorum, ac lacticiniorum vsu attenden-
da est potius locorum consuetudo, quam ius
præscriptum. Consuetudo enim est optima le-
gum interpres, Lessi. lib. 4. cap. 2. numer. 8. Syluest.
verb. Ieiunium, numer. 15. Manu. tom. 1. sum.
cap. 23.

7
Quando verò in Quadragesima ob Bullæ
privilegium, vel in aliis extra Quadragesi-
mam ob consuetudinem ieiunij lacticinio-
rum esu conceditur, non licet velci animalium
sanguine. Quia licet sanguis propriè caro non
sit proxime autem caro est, est enim in proxi-
mo statu, vt in carnem conuertatur, & proin-
de esse in eodem genere cum carne censetur.
Pasqualig. in praxi ieiunij Eccles. de-
cis. 75. & alij communiter.

8
In ieiuniis pro Iubilæo, poenitentia in iun-
cta, ac votius possunt oua, & lacticia in ci-
bum adhiberi. Quia in omnibus his casibus in-
telliguntur ieiunia communia iuxta Ecclesiæ
præscriptionem, nisi à Pontifice, vel à Con-
fessario, aut à volente alius ieiunandi modus

indicator, aut promittatur. Sanchez lib. 4. sum.
cap. 11. numer. 49. & 50. Portel. in dubijs Regul. v.
Ieiunium, in addit. n. 7. Diana p. 1. traſt. 9. resol. 6.
& 27.

Habens licentiam edendi carnes in Qua-
dragesima potest ouis & lacticiis vesci. Quia habens li-
centiam potest etiam maius indultum est etiam certam
eiusdem generis minus. Et quidem prohibitio edendi car-
nium maiorem abstinentiam quam ouorum nes, potest
ac lacticiniorum inducit. Sancius in select. d. 51. ouis vesci.
num. 17. Azor. part. 1. lib. 7. capit. 10. question. 2.
4. & 5. Pasqualig. decis. 48 de ieiun. Reginal.
l. 4. n. 145. & 161.

Qui vero ex dispensatione carnibus vesci-
tur, potest simul edere pisces, quando non in. Qui disp.
de graue aliquod damnum provenit. Quia pis-
ces ex se sunt in illis diebus liciti, in quibus comeduntur
carnes prohibentur: dispensatio autem licitas nes.
efficit carnes, nec prohibet pisces. Diana part.
1. traſt. 9. resol. 16. Lezana sum. verb. Ieiunium,
numer. 11. Fernandez part. 3. exam. cap. 9. §. 5.
& alij.

Qui dispensatur ad carnes pro tribus, verbi
gratia, diebus in hebdomada, potest sibi eligere
quos voluerit, exceptis tamen diebus Veneris,
ac Sabbathi, qui eligi non possunt, quando ad
sunt alij dies, pro quibus possit dispensatio in-
feruire Eligius Balæ. verb. Ieiunium, 1. nu-
mer. 4.

Dispensatus ad carnes edendas vnica vice
pro singulis diebus siue in prandio, siue in co-
na, non poterit alia vice carnes edere. Quia
præceptum abstinentiæ à carnibus est negati-
uum obligans pro singulis momentis. Vnde
cum dispensatio sit ad vicem vnicam coarcta-
ta, remanet præceptum obligans ad abstinen-
tiam pro reliquis vicibus. Beja part. 1. casuum
casu 45. Sancius in select. dub. 51. numer. 14.
& 15.

Dispensatus in Quadragesima ad oua,
ac lacticia comedenda, non est à ieiunio
dispensatus. Quia comestio ouorum, & lacti-
ciniorum substantiam, ac formam Ecclesiastici
ieiunij non soluit: vt constat in ieiuniis extra
Quadragesimam, in quibus lacticia non
sunt prohibita. Vnde Pius V. declarauit in Bulla
Cruciata, cum ouis, & lacticiis ieiunium
stare.

Imo cum forma ieiunij Ecclesiastici sit præ-
scripta ab Ecclesia potest à summo Pontifice
alia ieiunij determinari forma: ideoque po-
test etiam dispensare cum aliquo vt vescendo
carnibus ieiunet, ita vt forma ieiunij consistat
tantum in vnica comestione, absque ciborum
delectu. Sylui. 2. 2. question. 147. artic. 4.
Sanchez libr. 4. sum. capit. 11. numer.
49. Llamas parte. 3. metho. capit. 5. Pa-
ragraph. 26.

Ieiunij præcepto satisfacit, qui ventrem
adeo replet, vt ieiunij, vt non solum ieiunij dif-
ficultatem nõ sentiat, sed potius libidinem ex-
citet, ac foueat, modo à cibis in die ieiunij ve-
titis abstineat nec pluribus refectionibus vta-
tur. Quia ille dicitur præcepto satisfacere, qui
præstat id, quod præceptum est, finis autem
præcepti sub præcepto non cadit. Couar. l. 4.
variar. c. 20. n. 11. Reginal. l. 4. n. 16; Medina C.
de ieiun. q. 9.

Aduentante necessitate edendi cibos in die
ieiunij

Secl. I. De Præcep. IV. Recep. Sentent. 71

¹⁷ *licentia ad* ieiunij prohibitos, per se loquendo, licentia petenda non est, si necessitas certa sit. Quia obligatio legis ob supervenientem necessitatem tollitur. Vnde quando stante causa certa petitur dispensatio, nihil illa operatur quoad obligationem tollendam, sed solum quoad quandam pro exteriori apparentia iustificacionem. Nam ratione scandali, vel alterius circumstantiæ fieri poterit, ut aliquando necessum sit, quod licentia petatur. Igitur quando Confessarius vel alius vir prudens iudicat causam sufficientem adesse soluendi ieiunium, aut carnis, vel ovium vescendi, non est necessaria Superioris dispensatio. D. Thom. 2. 2. q. 147. a. 4. in corp. Sylui. libi Navar. sum. cap. 21. nu. 21. Sancius in select. d. 54. num. 36. Lessi. l. 4. c. 2. dub. 6. num. 45.

In dubio autem de necessitatis sufficientia petenda est Episcopo vel Prælati dispensatio. Quia licet in causa certa dispensatio necessaria non sit, cum nihil habeat, quod operari possit: quando est dubia, habet quod operetur. D. Tho. 2. 2. q. 147. a. 4. Navar. sum. c. 2. i. n. 20. Syl. uel. ex. ieiunium, n. 20. Quando autem dispensatio petitur, debent Prælati sese faciles exhibere, nec subditos propriæ ipsorum conscientiæ derelinquere, ut Doctores communiter admoneant.

¹⁸ Potest Parochus præsentem etiam Episcopo, vel eius Vicario in ieiunio dispensare ratione consuetudinis. Quia ea introducta est Episcopis conscientibus: licet enim ad sint, non tamen est ita facilis ad ipsos, vel eorum Vicarios accessus, præsertim infirmæ conditionis hominibus, aut extra civitatem degentibus. Consuetudo autem dat iurisdictionem iis, qui ipsi sunt capaces. Cap. Cum contingat, de foro com. per. Navar. sum. c. 2. i. n. 21. Sancius in select. d. 54. n. 36. Sanchez l. 8. de matrim. d. 9. n. 27. & l. 5. conf. c. 1. dub. 5. Sylui. 2. 2. q. 147. art. 4. ex D. Thoma.

¹⁹ Confessarius non potest in ieiunio dispensare, nisi ad hoc ab habente facultatem dispensandi deputetur. Quia dispensare in ieiunio est actus iurisdictionis in exteriori foro, Confessarius autem in hoc foro iurisdictionem non habet. Poterit tamen declarare, an causa sit sufficiens ad non ieiunandum, & hoc pacto interpretari, legem tunc non obligare. Idem dixerim de quocumque viro prudenti. Quia hoc munus ad iudicium prudeniale spectat. Bonac. de præc. Eccl. d. ult. q. 1. pun. ult. num. 18. Tolet. libr. 6. c. p. 4. numer. 5. Pasqualig. decis. 189.

²⁰ Profecto de necessitate utendi cibis veritis in diebus ieiuniorum, debent Medici iudicare, cautè verò in licentia impetrienda ad carnis edendæ vsum. Nec absolute facultatem imperant, quando infirmo sufficit limitata: alioqui rei erunt fractionis duplicis præcepti, ieiunij scilicet & abstinentiæ à carnibus: nisi ad sit causa excusans à ieiunio, & non ab abstinencia carniū, tunc enim vnicum esset peccatum si aurè dubium sit, an ad sit causa, poterit licentiam impetire, ne infirmus periculo exponatur. Monuerim autem Medicos, ne sint nimium cauti, ne dum ieiunio fauent, valetudini proximi noceant. Sanchez libr. 4. moral. cap. 11. numer. 53. Sancius in select. d. 51. nu. 16. Tolet.

lib. 6. cap. 8. num. 8. Pasqualig. in praxi ieiun. decis. 378.



CAPVT III.

De unica comestione secunda essentiali conditione Ecclesiastici ieiunij.

²¹ *Corpus semel solummodo refectum in die natural.*
AD essentiam ieiunij Ecclesiastici requiritur plurium refectionum abstinentia, ita ut intra diei naturalis spatium semel tantomodo corpus reficiatur. Porro potus liquidorum, quæ habent rationem cibi, ut ins, lac, & alia huiusmodi ieiunium soluit, si in notabili quantitate sumatur extra prandium. Quia per se primo eiusmodi liquida ad nutriendum ordinantur. Potus vero sumptio quamvis crebrior non vetatur. Quia potus ordinatur potius ad cibi per corpus distributionem, & sanguinis refrigerium, quam ut per se corpus alatur. Quod est verum, etiam si potus, vini, ceruisiæ, aquæ mullæ, vulgariter Aloja, &c. in quantitate magna, & sine necessitate sumatur; quia potest quidem contra temperantiam delinqui, minime autem contra ieiunij obligationem. D. Thom. 2. 2. question. 147. articul. 6. Lessi. libr. 4. cap. 2. dub. 2. numer. 10. Navar. sum. cap. 21. numer. 13. Pasqualig. decis. 116. & fere omnes.

²² *Nec usus electuarius.*
Non prohibetur usus electuarius, quæ non sumuntur uti alimenta, sed uti medicamina, nisi quis hæc absumat in quantitate magna ad fraudem ieiunij. Eadem est ratio de fructibus siue recentibus siue siccis, quando iuvare possunt corporis valetudinem; quia tunc rationem medicinæ obtinent. Item ante vel post prandium licet edere pomum, vel pyrum, aut quid simile ad sedandam sitim, modo res, quæ sumitur non sit tantæ quantitatis ut pro comestione, non pro sedanda siti inferuiat. Fagundes præc. 4. libr. 1. cap. 4. Lezana sum. verb. ieiunium, numer. 4. Filliuc. tr. 27. p. 2. num. 43. Pasqualig. decis. 13. & 135.

²³ *Leitores, ac ministri mensæ possunt aliquod præsumere.*
Excusantur lectores, ac ministri mensæ in Monasteriis aliquid præsumentes. Quia illud est inchoatio quedam prandij, & illa temporis interpositio fit ex causa iusta, ne vires notabiliter debilitentur. Sylui. 2. 2. q. 147. a. 6. quasi. 1. concl. 1. Lessi. l. 4. c. 2. dub. 2. n. 11. Diana p. 4. tr. 4. resol. 142.

²⁴ *Et Cantores.*
Cantores possunt primo mane aliquid cibi absumere, ut habeant vocem ad canendum aptiorem. Res autem, debet esse apta ad conservandam vocem, quæ se habeat per modum medicinæ. Idem à fortiori licebit concionatoribus. Quia ieiunium non debet minus id Sacrum impedire, nec quæ ad ipsum exercendum sunt necessaria. Filliuc. libr. 4. cap. 2. numer. 37. Pasqualig. decis. 132. Sanchez libr. 5. consil. cap. 1. dub. 22. numer. 7.

Quando

SCOBAR

col. Mar.

XXVIIII

E. IV

6

25 Quando bibitur per diem extra prandium, Et ne potus vel refectiunculam, licet aliquid cibi sumere noccat, non potus noceat. Quia concedens aliud, cendo sapienter obtineri non potest. Et hoc licitum est nedum fiat in ieiunio, semel in die, sed pluries, quoties contingit bibere, modò non fiat in fraudem ieiunij: ut si quis biberet non ad sitim sedandam, sed ut parum illud cibi absumere posset. Nam si ex huiusmodi fraude, cibis ad potum præsumptus pluries ad notabilem deneniat quantitatem, ieiunium lethaliter violabitur, secus verò si intra materiam parvitatem sitat. Laym. lib. 4. tra. 8. cap. 1. numer. 7. Diana part. 1. tra. 9. resol. 24. Bonaci. de præc. Eccl. dub. ultim. quæst. 1. punct. 3. numer. 7. 4. Fagundez præc. 4. libr. 1. cap. 4. numer. 14.

26 Quod si requiras, quænam materię parvitatis a fractione ieiunij excuset, ex receptiori sententia respondeo, duram vnciarum comiteria exensans a lethali.

27 Etiam in comestione carniū in die ieiunij paruitas materiæ datur. Quia licet præceptum Ecclesiæ de non vescendo carnibus in die ieiunij sit negativum, etiam præceptum naturale de non furando negativum est: ergò sicut in hoc excusatur a lethali materiæ paruitas, ita in illo non enim est maior præcepti positivi, quam naturalis obligatio Sanchez lib. 2. sum. cap. 8. numer. 17. Tanner. 2. 2. d. 1. quæstion. 3. numer. 93. Bonacin. de præc. Eccl. d. ultim. quæst. 1. punct. 2. numer. 1. Diana part. 1. tra. 9. resol. 45. & part. 5. tra. 5. resol. 32. Qui ex Antonio de Leon addit, parvitatem materiæ se extendere circa carnes, ac quantitatem illam, quam assolent coqui ad prægustandos cibos assumere. Pasqualig. autem melius decis. 42. docet, moraliter esse pensandam, ita ut illa paruitas materiæ censetur, quæ moraliter non sufficiat, ut quis per talem cibum refici dicatur; unde putat posse dimidiam circiter vnciam assignari.

28 Quamvis verò in die ieiunij præscribatur vnicia comestio: cum ea tamen ex consuetudine, quæ moribus vntentium comprobatur refectiuncula vespertina est licita, modo in quantitate non excedatur. Quia illa non dicitur refectiuncula: & hoc verum, quamvis sumatur non solum ne potius noceat, (ut olim) sed etiam alendi causa, & sine potu. Nauar. summ. capit. 21. numer. 13. Medina C. de ieiun. quæst. 8. Sylvest. verb. Ieiunium, numer. 10. Lublin.

part. 1. sum. verb. Ieiunium, numer. 3. Tolet. lib. 6. c. 2. numer. 5.

Mensura autem huius refectiunculæ est, 29 quam pro varietate locorum, ac personarum sex, vel octo conseruando recepta tenet. Regulariter verò a vncia potest Doctoribus sex, vel octo vnciarum quantitas esse refectiuncula assignatur. Filliuc. tra. 27. part. 1. numer. 32. eule vespert. Fagundez præc. 4. libr. 1. cap. 4. numer. 13. Diana tamen quant. part. 1. tra. 9. resol. 1. Sancius in select. dub. 52. ritas. numer. 7.

In Vigilia Natalitij Domini in locis, ubi 30 adeest consuetudo potest sumi refectiuncula in In vigilia maiori quantitate. Quia sicut Ecclesia in die Natalitatis Nativitatis, si sit Veneris, aut Sabbathi cõcedit ex consuetudine festi laetitiam, posse fideles carnibus vesci: dicitur in maiora enim ieiunium Vigiliæ vult esse lætitiæ, & iori sumi se in festi prærogatiuis participare, salua tamen let quini substantia Vigiliæ. Azor. part. 1. lib. 7. cap. 8. quæst. 1. Hion. 8. Sancius in select. dub. 52. numer. 10. Diana part. 1. tra. 9. resol. 1. Fagundez præc. 4. libr. 1. capit. 4. numer. 19. Pasqualig. decis. 92.

Quamvis octo vnciarum quantitate in 31 hac refectiuncula regulariter assignari, cre- Aliquid diderim tamen ob adeptam consuetudinem tulum plus aliquantulum plus nobilioribus licere. Quia colationis assolent debilioris valetudinis & delicatiori nobilioribus bus, ac pluribus epulis esse, unde plus per ieiunium licet. nium quam ceteri macerantur. Sancius in select. d. 52. numer. 9. Dianam, Azorium, Fagundez, & alios citans. Quod confirmat cap. Non cogatur, diss. 41. Sic etiam paulò maior est refectiuncula, quæ uti assolent profani, seu sæculares, quam sit ea qua Monachi, aut viri Religiosi vtuntur.

Excessus, qui refectiuncalam hanc in 32 nam conuertit, est mortale peccatum: secus si Quam excessus in re per vnam aut alteram vnciam præfixam refectiuncula sex aut octo vnciarum quantitate, veniale la sit letitiam solum erit, Quia refectiuncula huius quantitas moraliter ponderatur, & quod sit paulò maior, adhuc in refectiuncula manet ratione. Sancius in select. d. 52. numer. 7. Sanchez. l. 5. consil. cap. 1. dub. 25. numer. 5.

Porro in refectiuncula ij tantum cibi lumi 33 possunt, qui communiter frugum nomine continetur, verbi gratiā, vix, nuxes, poma, pyra, herbe, & alij arborum, aut hortorum fructus vel alia ex melle aut Sacharo condimentis: & si secus fiat ieiunium solui, ut si sumantur pisces, oua, aut reliqua lactinia, quibus in prandio licet ex privilegio vesci. Quia non debent in refectiuncula adhiberi, quæ simpliciter ad reficiendum ordinantur. Et quia non est consuetudine introductum, quod pisces, oua, & lactinia, etiam in parua quantitate adhibeantur. Scio, ab aliquibus Doctoribus pisciculos paruos concedi, dummodo debita quantitas adsit, de quo sectione 2. dubie disputabimus. Diana p. 1. tr. 9. resol. 1. & p. 4. tr. 4. resol. 117. cum communi.

Quando iusta causa subest, ut ratione debilitatis, negotiorum, per diem agendorum studiorum, Quando in itinere agendi, &c. potest refectiuncula sumi maiora causa adhibenda, aut meridie, corna in vespere dilatata. Quia adhibenda id permittit consuetudo, si vero sine causa fiat solui erit veniale. Quia non substantia ieiunij, sed solum circumstantia violatur. Lessi. lib. 7. cap. 2. dub.

Secl. I. De Præcep. IV. Recep. Sentent. 73

dub. 2. n. 11. Tolet. l. 6. c. 2. nu. 8. Laym. l. 4. tr. 8. c. 1. n. 10. Diana p. 1. tr. 9. resol. 33.

Qui violat ieiunium
 Qui ieiunium grauitur violat non tenetur illo die ieiunare, nec delinquit sæpius comedendo saltem lethaliter. Quia iam non potest essentiam ieiunij de vnica comestione seruare. Qui autem comedit carnes, quando prohibentur, toties mortaliter delinquit, quoties comedit. Quia sup̄tis semel cibis vetitis, adhuc viget eos non edendi obligatio, quæ seruari potest, cū præceptum negatiuum obliget semper, & ad semper sumpta vero secunda refectione ciborum qui non prohibentur, soluens semel ieiunium, non potest seruare præceptum affirmatiuum de vnica comestione, ideoque semel tantū, licet sæpius comedat, lethaliter delinquit. Sylui. 2. q. 147. a. 6. quæst. 3. Tanner. ibi. d. 1. q. 3. n. 9. Nauar. summ. c. 2. n. 16. & 25. Sanci. in select. d. 5. n. 41. Laym. l. 4. tr. 8. c. 1.

Qui ieiunium violat
 Qui die ieiunij sciens sumptis ientaculum, siue id culpabiliter gesserit, siue absque culpa (vt causa profectionis) non tenetur eo die ieiunare, etiam si contingat, non proficisci. Quia ieiunium iam est voluntarie violatum, vel certe causa violandi data, nec potest illud reparari. Habet locum hæc sententia maxime quando reliquum diei sine cibo ille transigere non potest, si enim posse sine incommodo, crediderim debere à secunda abstinere refectione. Quia ieiunium adhuc quoad vnica refectionem seruari posset. Sed hæc supponitur, ientaculum in notabili quantitate excessisse refectionis limites. Nam si nō excessit, tunc poterit vsq; ad vesp̄rā differte refectione. Quia adhuc ieiunium poterit obseruari quoad eam partem, in qua nondum est violatum, nempe quoad vnica refectionem Filliuc. tr. 27. n. 24. Lessi. l. 4. c. 1. n. 18. Laym. l. 4. tr. 8. c. 1. n. 13. Sylui. 2. q. 147. a. 6. quæst. in c. 2.

Non potest ieiunare
 Habens causam non ieiunandi, non potest amicam causam vrbauitatis serid inuitare, nec in mensa, vt comedat, virgere. Quia nemo potest licite inuitari ad id, quod sine peccato præstare non potest. Lessi. lib. 4. c. 2. dub. 20. Fagund. præc. 4. l. 1. c. 10. n. 12. Bonac. de præc. Eccl. d. vlt. q. 1. pun. 3. n. 9. Lublin. p. 1. sum. v. ieiunij, num. 11.

In dubio an ieiunare
 In dubio autem, an teneatur ieiunare, potest in dubio, an ritinuitari ad cenam. Quia inuitans debet teneatur iei. supponere, memorem illum propriæ salutis, ieiunare pote. non accepturum, si ieiunare teneatur. Scio tene ieiunare. aliquos Doctores adicere, licitum absolute esset quemquam inuitare ad cenam, etiam si probabiliter credatur, esse acceptaturum, ad actum vrbauitatis exercendum. Quia talis inuitatio est potius conditionata, quam absoluta, nempe inuito te ad cenam, si tibi cenare liceat. Pasqualig. de ieiun. decis. 373.

Grave delictum est
 Grave delictum est, in Catholicorum locis capponem carnes hospitibus in die ieiunij apponere. Quia eas apponere, quando prohibentur, non est quid indifferens sed contra præceptum. Et quia scandalum subest, dum Ecclesiæ præceptum contemnere videntur. Lessi. l. 4. c. 2. dub. 4. n. 2. Bonac. de præc. Eccl. d. vlt. q. 1. pun. 3. n. 9. Tolet. l. 6. c. 5. n. 4. Nauar. summ. c. 21.

Quando adest necessitas
 Quando adest necessitas, aut alia iusta causa, aut priuilegium, possunt cappones petentibus ministrare carnes. Quia cum iuste perant Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI. p. II.

illi, possunt etiam hi iuste & absque peccato exhibere. Idem putari esse licitum, ad vitandum aliquod graue incommodum, aut quando concurrunt minæ, si tamen non addit scandalum ex parte ministrantis, quod facile tolli potest, si ostendat, se coactè ministrare. Quia tunc non concurrat ad peccatum, cum constet quod coactè ministrat: nec præceptum Ecclesiæ cum tanto discrimine obligat Laym. l. 4. tr. 3. c. 13. n. 5. & alij.

In locis hæreticorum
 In locis verò hæreticorum, vbi passim ab alijs solent carnes apponi, id licitum erit cauponi Catholico præciso Religionis contemptu, si duæ adint condiciones. Prima, vt nequeat sine suo graui incommodo reculare, vt si à Prætorē vexetur Secunda, vt non apponatur carnes, nisi petantur: non enim ingeri possunt non petentibus. Quia id esset, illos ad illicita inuitare. Lessi. l. 4. c. 1. dub. 4. n. 2. Bonac. de præc. Eccl. d. vlt. q. 1. pun. 3. n. 9. Laym. l. 4. tr. 3. c. 13. n. 5.

Qui ob negotium
 Qui ob negotium occurrens prandium interruptit, nō sum sufficiens sumpta refectione, potest, absoluto negotio eam perficere, modo animo continuandi interrupterit. Quia huiusmodi interruptio duplicem non constituit refectionem, sed vnam integrat, vt potest ab vna voluntate continuata procedente. Lessi. l. 4. c. 2. dub. 2. n. 11. Azor. p. 1. l. 7. c. 9. qu. 1. Reginal. l. 4. n. 177. Portel in dub. Regul. v. ieiunium, in addit. n. 10. Sanci. in select. d. 5. n. 4. Bonac. de præc. Eccl. d. vlt. q. 1. pun. 3. n. 10.

Potest si absque animo
 Potest si absque animo continuandi prandium interruptit, non potest amplius licite prandium resumere, si longa intercessit mora. Quia comestio non diceretur physica, aut moraliter continuari, & cōsequenter duplex prandium reputaretur. Portel in dub. Regul. v. ieiunium, in addit. n. 10. Fernand. p. 2. c. 8. §. 2. nu. 18. Sanci. in select. d. 5. n. 4. si vero modica mora intercessit, is qui à mensa surrexit animo non continuandi, poterit adhuc, mutata voluntate, cōtinuare. Quia parua intercedente mora, eadem moraliter refectio reputatur.



CAPVT IV.

De certa refectionis hora ad ieiunium requisita.

TERTIVM, quod ad ieiunium requiritur, est certa refectionis hora. Refectionis hora in die ieiunij extra Quadragesimam hora nona, id est tertia post ieiunij est meridiem, erat hora ex consuetudine refectionis sumendi, vt ex can. 34. Concilij Moguntini colligitur. In Quadragesima verò refectio vsque ad vesp̄ram differebatur. Modo autem ex consuetudine iam vbiq; recepta est circa meridiem. Quæ consuetudo, vt potest rationabilis, approbata est ab Ecclesia, vt humana fragilitas morem gereret. Porro ea hora non requiritur postine, quasi necessariū sit, tūc cibū sumere; quia si lubet, tota die abstinere; sed negatiue, ne scilicet ante illā refectionē

G suma

SCOBAR

206 Mor.

227 V. II.

E. IV.

sumamus, notabili temporis spatio illam præuenientes. Meridies autem in ieiunij diebus moraliter debet computari, non iuxta calculum Astronomicum Quia in rebus moralibus moraliter est procedendum. Covar. lib. 4. var. c. 20. n. 14. Sylui. 1. 2. ques. 147. n. 7. Syluest. v. Ieiunium, q. 4. n. 11. Reginal. lib. 4. nu. 156. Filliuc. ir. 27. n. 67. Azor. 10. l. 7. c. 11.

45 Receptissima sententia est, horam determinatam concedendi non esse de essentia ieiunij. *Hora hac non est de essentia ieiunij.* sed tantum accidentalem circumstantiam. Quia manente ieiunio in sua substantia, mutata est in Ecclesia hora comedendi; quod fieri non potuisset, si hora determinata de essentia esset; non enim potest res subsistere, mutatis iis, quæ ad ipsius attinent essentiam. Nauar. sum. cap. 2. l. n. 2. Manu. p. 1. sum. c. 23. Caiet. 2. l. q. 147. Diana p. 1. rr. 9. resol. 27.

46 Hinc colligo, non lethale piaculum, sed veniale solummodo, notabile temporis anticipacionem. *Vnde non erit mortalis anticipatio.* Quia temporis circumstantia (vt vidimus) non est de essentia ieiunij, sed accidentalis; quare non seruata hora, adhuc satisficit ieiunandi præcepto, quoad substantiam obligationis. Quando autem præceptum impletur secundum substantiam, etiam si aliqua circumstantia præmittitur, lethale peccatum non committitur. Pasqualig. decis. 146. Laym. lib. 4. rr. 8. cap. 1. num. 11. Manu. 10. l. sum. cap. 23. nu. 3. Tolet. lib. 6. cap. 3. numer. 8. Angel. verb. Ieiunium, num. 2. Lessi. lib. 4. capit. 2. dub. 2. numer. 13. Diana parte. 1. tract. 9. resol. 27. & parte 5. tract. 5. resol. 11.

47 Tempus notabile. Tempus autem notabile, vt anticipatio prandij sit (iuxta hanc sententiam receptiorem quidem peccatum veniale, sic definitio Ieiunans poterit vna circiter hora ante meridiem prandere. Quia hoc ita inualuit, vt iam fere sit consuetudine firmatum: tempus enim non pertingens ad horam integram non est tempus notabile non solum comparatine ad diem integrum, sed etiam in anticipacione respectu meridiei Tolet. l. 6. c. 3. n. 5. Sanci. in select. d. 53. Viguier. c. 7. Institut. §. 3. vers. 1. Medina l. i. sum. c. 14. §. 10.

48 Ex iusta causa potest in die ieiunij hora prandij notabiliter anticipari. *Potest hora prandij ex iusta causa notabiliter anticipari.* Quia sicut obligatio ieiunandi cessat, quando præceptum abique notabili incommodo impleri non potest: ita à fortiori cessabit obligatio seruandi in prandendo temporis circumstantiam: sed cum minor obligatio sit, ex minori quoque causa cessabit. Profecto causæ iustæ, ob quas potest in ieiunio prandij anticipari notabiliter, sunt: lectio pro mensa, iter, concio, lectio in scholis, aduentus, vel recessus hospitis, &c. Præterea quædò superuenit aliquid, quod ita exigit anticipacionem, vt absque incommodo, nõ possit hora consueta expectari. Nauar. sum. c. 21. n. 27. Pasqualig. decis. 149. Diana parte. 1. rr. 9. resol. 27. Bonac. de præ. Eccl. d. vlt. q. 1. pun. 4. n. 2. Syluest. v. Ieiunium, q. 4.

49 Qui ante consuetam ieiunij horam, prandendi priuilegium obtinuit, tenetur reliqua prandendi lege ieiunij solutus. *Qui obtinet priuilegium prandendi ante legitimum horam.* Quia dispensatio expressæ fit de hora comedendi, quæ cadit supra substantiam ieiunij, sed supra temporis circumstantiam accidentalem, qua sublata, potest substantia ieiunij persistere. Nauar. c. 21. n. 22. Azor. 10. l. 7.

c. 1. q. 6. Bonac. de præ. Eccl. d. vlt. q. 1. pun. 4. num. 5.

Similiter qui dispensationem obtinuit sumendi multiplicem refectionem, non potest ex vi illius dispensationis carnibus vesci. Quia præter ieiunij præceptum, adest etiam speciale præceptum de abstinentia à carnibus, cap. Denique, dist. 4. quod est vniuersalis, cum adolentes ab usu rationis vsque ad annum vigesimum primū, & senes quovisq; vires patiuntur, comprehendat. Benè tamen potest, horam comedendi antequertere. Quia tempus comedendi in die ieiunij præscribitur tãquam accedens & circumstantia. Ergo sublata ieiunij obligatione, tollitur etiam obligatio obseruandæ horæ; nam sublato essentiali, etiã accidentale tollitur Valent. 2. d. 9. q. 2. pun. 5. Pasqualig. decis. 267. n. 15. & 19. Reginal. l. 4. n. 168.

Discedens manè ex Oppido domicilij, vbi est obligatio ieiunandi, peruenturus ad locum Discessurus vbi talis obligatio non instat, licet non possit à loco, ubi in loco domicilij carnibus vesci, potest tamen ientaculum sumere. Quia nõ tenetur illa die à secunda refectione abstinere, cum in loco, quo peruenturus est, possit secundo, ac tertio comedere: Ergò potest primã refectionem, priusquam discedat assumere. Lessi. l. 4. c. 2. num. 58. Sanch. de matr. lib. 3. d. 18. num. 22. Portel. v. Ieiunium, num. 2.

Imo hoc verum, licet noctu sit ad ipsummet Oppidum, à quo mane exierat, & vbi ieiunium seruabatur, reuersurus. Quia cum ipse fere per totam diem fuerit in loco, vbi non vigeat ieiunij obligatio, potuit licet pluries comedere cum quo ieiunium nequit obseruari: et tamen additū sèd in Oppidum reuersus à carnibus abstinere. Sanci. in select. d. 54. numer. 28. Diana parte. 1. tract. 9. resol. 3. Pasqualig. decis. 61.

At si quis discedat de loco, vbi carnes comeduntur, poterit eis vesci, etiam si eodem die sit ad locum, vbi non comeduntur, peruenturus. Quia potest sequi leges & consuetudines loci, quamdiu in eo adest, nec tenetur ibi, leges alterius loci obseruare. Perueniens tamen vespere ad locum, in quo carnes non comeduntur, comedere nõ potest, si locus ille sit proprium domicilium. Quia quilibet tenetur leges proprii domicilij quamdiu in ipso est obseruare. Nec obstat, quod mane carnes ederit: quia præceptum est negatiuum obligans pro quocumque momento temporis pro quo prohibentur: nec extinguitur eo, quod quis semel in illa die, aut iterum carnes comederit. Si vero locus, ad quẽ vespere peruenit, non sit proprium domicilium, potest ibi carnibus vesci etiam si prohibeantur seculo tamen scandalo. Quia talis non est illius communitatis membrum, ideoque non subiicitur legibus, quæ illa communitas dirigitur. Sanch. de matr. l. 3. d. 18. n. 2. Filliuc. l. 27. p. 2. n. 109. Sanci. in select. d. 54. nu. 30. Pasqualig. decis. 39. & 60. Diana p. 1. rr. 9. resol. 3.

CAPVT V.

De iis qui tenentur Præceptum Ieiunij
obseruare.

MNES Christiani ieiunij præcepto obstringuntur completo vigesimo primo anno. Quia causa huius præcepti in omnibus locum habent: omnes enim indigent castigatione carnis, ut spiritus illius ritui sit subiecta, satisfactione pro peccatis, & amor Christi ad orandum mentis aptitudine. D. Tho. 2. 2. qu. 147. a. 4. & omnes.

Etiā iustos, & perfectos, vel eos, qui ieiunio non egent, hoc præceptum obligat. Sic in Concilio Viēensi relato in Clement. Ad nostrum de heretic. definitur. Vbi damnantur Begardi, & Beguini asserentes, iustos, ac perfectos ad seruanda Ecclesiæ ieiunia non obligari. Ratio autem est, quia in nullo potest cessare finis ab Ecclesiā intentus, licet enim causa impulsiva ad indicendum ieiunium videatur esse carnis contra spiritum rebellio, non tamen intendit solum domare carnem, sed etiam abstinētie exerceri virtutem, meritum ieiunantis accrescere, & pro peccatis geri satisfactionem. Verum etiam hoc in sententia illorum, qui edocent, cessante fine legis etiā in particulari, cessare legē respectu illius, in quo cessat. Quia tunc solum definit lex obligare, quando cessat eius finis ad aquatū, quod si aliquis remaneat, minime cessat obligatio. §. Affinitatis, & §. Sacramentum, in iur. de nuptiis. Valent. 10. 3. d. 9. q. 2. p. 2. Moltes p. 1. sum. c. 4. n. 14. Angles florib. de ieiun. diff. 1. Pasqualig. decif. 35. & 32.

Ieiunandi præcepto quis per alium non potest satisfacere. Quia obligatio ieiunij personalis est, ut potest ab Ecclesiā imposita, ad affligendum corpus, & carnem edomandam. Ieiunium tamen, quatenus satisfactorium est, poterit per alterum exerceri. Quia satisfactio vnius potest pro altero applicari. Non enim est aliud, quam debitum soluere, quod quis pro alio gerere potest. Excipere ieiunia pro penitentia à Confessario imposita. Quia non solum imponuntur ut satisfactiua, sed etiam ut corporis punitiua in delictorum poenā, qui effectus non habentur, si ieiunia per alios impleantur. Reginal. libr. 4. numer. 187. Bonac. de præc. Eccl. dub. ultim. q. 1. p. 6. n. 2. Azor. 10. 1. d. 7. c. 1. q. 7.

Vigessimus primus annus, à quo completo ieiunium obligat, non debet à momento ad momentum computari, ut si quis illum manē hora octaua impleuit, in reliquo diei ieiunare teneatur. Quia ieiunij præceptum respicit totum diem ut obiectum indiuiduum, non autem partem: & ideo qui per aliquam diei particulam exemptus à ieiunio fuit, totaliter die illa à ieiunij onere liberatur. Et hoc ex receptiore sententia verum, licet quis annum vigesimum primum paruo tempore post media in noctem præcedentem diem ieiunij compleat. Quia adhuc præceptum non afficit totam diem, & ipse ratione illius exigui temporis accipit illum diem ut à ieiunio exemptum, & in possessione. Eschob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI. P. II.

confirmatur. Sancius in select. d. 54. n. 4. Pasqualig. decif. 25. 2. Naldus v. Aet. n. 3. Diana p. 1. tr. 9. resol. 49. & alij.

Attamen si quis annum vigesimum primū Quadragesimæ initio aut circa medium compleat, ad ieiunium sequentibus diebus tenetur. Quia præceptum ieiunandi tota Quadragesima non est vnus indiuisibile, sed vnus integrale constans ex pluribus præceptis affixis singulis diebus: vnde etiam est diuisibiliter, & per suas partes seruandum. Filliuc. tr. 2. 7. p. 2. n. 11. Lezana v. Ieiunium, n. 6. Sanch. l. 5. consil. 1. dub. 2.

Qui die aliquo ieiunare nō potest, nō tenetur aliquid aliud loco ieiunij persolvere. Quia lex non magis obligat, quam verbis exprimit: lex autem hæc imponit tantum ieiunium, non autem aliquid aliud; nec adest aliud præceptum ad id obligans, quando non ieiunatur. Vnde nec alio die ieiunare tenetur. Quia tunc ieiunium, cū sit pro certo die statutum, est onus diei, nisi forte virtute alicuius privilegij ieiunium in alium diem transtulerit. Nauar. sum. c. 21. n. 22. Bonac. de præcept. Eccl. d. ult. q. 1. p. 6. n. 3. Pasqualig. decif. 39. & 184. Leti. l. 4. c. 2. dub. 3. n. 18. Reginal. l. 4. n. 188.

Præceptū Ecclesiæ de seruando ieiunio obligat ad mortale, si absque causa violetur, quamuis id non ex consuetudine, sed ex aliqua tentatione & semel tantū fiat. Quia res præcepta capax est huius obligationis, & Ecclesiā absolute id præcipit. Et quia violatores ieiunij Quadragesimalis absque causa legitima, poenā excommunicationis puniuntur, can. 68. Apostol. & aliis Cōciliis: poenā autem grauis, ac præcipue excommunicationis nō imponitur, nisi vbi lethale piaculum adest. Id etiā ex cap. Ieiunia, & ex cap. Quadragesima, colligitur D. Tho. 2. 2. q. 147. a. 3. Nauar. sum. c. 21. n. 3. Syluest. v. Ieiunium, q. 1.

At si quis putaret, iustā non ieiunandi causā subesse, non peccaret saltē lethaliter, licet falleretur, modo non esset crassa ignorantia. Quia quando censetur adeste causa iusta non ieiunandi, intentio nec indirecte contra legē fertur: imo operatio est secundum rectā rationē, recta enim ratio dicitur, licere ieiunij solutionē, quando causam sufficientē subesse existimatur. Bonac. de præc. Eccl. d. ult. q. 1. p. 6. n. 20. Pasqualig. decif. 35. 1. Tol. l. 6. c. 4. Sylui. 2. 2. quæst. 147. art. 4. Fernandez part. 2. cap. 8. §. 2. num. 14.

CAPVT V.

De diebus, quæ ex Ecclesiā prescripto, aut ex consuetudine, voto, &c. est ieiunandum.

MNIA Ecclesiā ieiunia, etiam Quadragesimæ de iure humano sunt instituta, eoque solo obligant. Quia ordinationes Apostolorum, quas ipsi ut Ecclesiarum Rectores præscribere, sub iure humano lo obligant.

G 2 com.

SCOBAR
col. Mor.
VII. VII.
E. IV
6

comprehenduntur. Lessi. l. 4. c. 2. dub. 5. num. 30.
Nauar. sum. c. 2. l. 1. m. 1. 2. Reginal. l. 4. 30. Sylui.
2. 2. q. 147. d. 5. quæst. 1.

62 Potest obligari fidelis per legitimam consuetudinem. Quia consuetudo legitima vim legis habet, leg. De quibus, ob legitimam ff. de legib. & cap. Consuetudo, dist. 1. Imo consuetudo potest abrogare ieiunia, ut constat ex praxi. Sic apud Mediolanenses quatuor primi dies Quadragesimæ sunt abrogati. Et Clerici non seruant ieiunium septimæ hebdomadæ ante Pascha, quod ab ipsis seruandum decernitur cap. Statuimus dist. 3. Ieiunium quartæ, & sextæ feriæ, quod olim obligabat, abrogatum est. Item aduentus Domini ieiunium, quod apud Romanos seruabatur. Ut tamē consuetudo legi ieiunij derogat, debet esse in se rationalis. Quia cum lex ratione nitatur, non potest nisi rationis virtute corrumpi. Syluest. v. Ieiunium, qu. 2. Bonac. de præc. Eccl. d. ult. q. 1. p. m. 1. m. 2. Azor. tom. 1. lib. 7. cap. 19. quæst. 1. Pasqualig. decif. 34 & 35.

63 Diebus Rogationum non est ieiunium ex Diebus Ro. præcepto seruandum, saltem si ius commune gationū non siue scriptum, siue in consuetudine generali est ieiunium fundatum spectemus. Quia nullum extat ius commune nullaque adest generalis consuetudo præcepti vim habens de vero ieiunio illis diebus seruando. Attamen si alicubi præceptū Synodale extet, vel consuetudo vim præcepti obtinens, ut saltem vsque ad prandium meridianum ieiunetur, seruandum erit tale ieiunium. Certē consuetudo non semper est obligatoria habens vim legis sed sæpe est solum directiua tanquam ex consilio præscribens Reginal. l. 4. m. 13. Fagund. præc. 4. l. 1. c. 6. m. 8. Filliuc. rr. 27. p. 2. m. 102. Azor. rr. 1. lib. 7. c. 35. q. 4. Pasqualig. decif. 174.

64 Non est licitū diebus Regationum adipisci. Licetum tamen non est in diebus vesci adipi seu pinguedine in locis, ubi consuetudo id permittit in Sabbathis, quæ non ieiunantur, nisi consuetudo aliter obtinuerit. Quia interdictio carnis vsus, interdictus etiam consequenter debet adipis vsus, ubi consuetudo præscripta in contrarium non est. Sylui. in resolut. variis, v. Rogationes.

65 Ex deuotione. Ex præcepto ieiunandum est diebus ab Ecclesia præscriptis. Ex deuotione verò, aut ex voto aliis etiam diebus ieiunium iniiri potest. Quia ieiunium est opus Sanctum, ac meritum, quo quouis die præstari potest. Die Dominico etiam fas est ieiunare, si ex aliquo errore non fiat, ut fiebat à Manichæis: nec ex moris Ecclesiastici contemptu, & scandalum ablit. Ab Ecclesia tamen & communi fidelium vsu receptum est, ut vigiliæ ieiunium, si in die Dominica incidat, præcedenti Sabbatho persoluantur. cap. Ex parte, de obseru. ieiunior. Valent. 10. 3. d. 9. q. 2. p. m. 4. S. v. Ieiunium, m. 5. & 7. Azor. 10. 1. l. 7. c. 20. q. 5. Reginal. l. 4. m. 188.

66 Porro dies, quibus ex præcepto ieiunium ab Ecclesia indicitur, sunt dies singuli Quadragesimæ, exceptis Dominicis. Quadragesima olim apud Romanam Ecclesiam hebdomada post Quinquagesimam solebat incipere, modo autem ieiunij Quadragesimale incipit à quarta feria Cinerum. Terminatur autem de iure in Sabbatho inclusiue ante Pascha. Itē Quatuor anni tempora cap. Statuimus dist. 76. In quibus præscribitur trium dierum, empē quartæ, sextæ

feriæ, ac Sabbathi, ut singulis mensibus una dies respiciat, & in toto anno tot sint dies ieiunij huius, quot sunt Menses. Præterea ex iure communi habetur, ieiunandum in perigiliis Natiuitatis Domini, & Assumptionis Deiparæ cap. Ex parte, de obseru. ieiunior. In perigiliis Apostolorum, cap. Consilium, de obseru. ieiunior. exclusa tamen vigilia S. Philippi & Iacobi, in qua non ieiunatur ob Paschalis lætitiæ signum: & vigilia S. Iohannis Evangelistæ, quia incidit inter festa Natalis Domini, in quo non est locus ieiunio. In vigilia Pentecostes ieiunium non est de iure, quia nullibi præceptum de tali ieiunio reperitur: obligat tamē ex consuetudine vim legis habente. Idem dicendum de vigilia S. Iohannis Baptistæ S. Laurentij, & omnium Sanctorum. Syluest. v. Ieiunium, qu. 5. Fagund. præc. 4. lib. 1. cap. 5. num. 9 & 10. Scio Pasqualigum decif. 171. & 172. dubitare, an hæc consuetudo fuerit cum animo se obligandi, an verò tantum ex deuotione introducta. Quando vigilia S. Iohannis incidit in festo Corporis Christi anticipandum est ieiunium die immediato nempe feria quarta, ex constit. Urbani VIII. edita die 13. Octobris anni 1638 quæ incipit. Cum euenire. In aliis vigiliis non est obligatio ieiunandi, nisi peculiaris aliqua consuetudo alicubi sub obligatione sit recepta. Omnes sic.

Potest Episcopus in alium diem huiusmodi ieiunia transferre, dummodo rationalis causa sublit. Quia licet quæ in iure Canonico statuuntur, Episcopi dispositioni non relinquatur, Episcopi tamen ei ipsorum dispositio. Idem possunt omnes Abbates, & alij, qui iura Episcopalia exercent, ita ut à iurisdictione Episcopali sint excepti, enio iurisdictione fori Ecclesiastici fruuntur, in hoc æquiparantur Episcopis Eandem authoritatē habent. Regulares Prelati respectu suorum subditorum. Quia exercēt ipsorum respectu quasi Episcopalia iura, & sunt iuris Canonici executores, utpote ipsorum Ordinarij. Vnde si in aliqua Ecclesia speciali, aut loco alicuius Diocesis contingat aliquod festū solēne celebrari, ut esset Titularis, aut Patroni & eodem die incidat ieiunium à iure comuni indictū, poterit Episcopus pro illis, qui illum incolunt locum, vel ad illam pertinent Ecclesiā ieiunium in alium diem transferre. Bonacin. de præc. Eccl. d. ult. q. 1. p. m. ult. m. 19. Fagund. præc. 4. l. 1. c. 9. n. 4. Nauar. sum. c. 21. m. 11. Pasqual. decif. 169. Sylui. 2. 2. q. 147. a. 4.

CAPVT VI.

De prima causa excusante à ieiunio, quæ est Impotentia.

IMPOTENS est impotentia de qua sermo, physica, & moralis. Physica contingit, quando quis absolute ieiunare non potest, moralis se excusante, quando non potest abique sur infirmis, damno notabili. Ob impotentiam moralem excusantur infirmi & infirmorum parentes, & mine etiam cōualescentes comprehenduntur, alij plures, qui

qui nondum vires ex præcedenti morbo ac-
quisierunt. Et hoc verum, etiam si infirmitas
propria ex culpa contigerit. Præterea si ieiunium aliquæ excitaret morbum, nempe capitis
vertigines, stomachi affectionem affligentem,
aut quid simile, cessaret ieiunandi obligatio.
Item quando ieiunium impedit aliquas con-
suetas functiones: quod impedimentum non
debet esse tale, vt absolute impediatur, sed
sufficit, quomodo cumque impediatur, ne possint
commodè exerceri: vt esset dolor capitis, aut
quid simile. Sub nomine infirmorum etiam
intelligo valetudinarios, qui licet non habeant
aliquem actuale morbum, tamen sunt complexio-
nis male affectæ, & ad actuale mor-
bum prout. Quia praua illa complexionis af-
fectio continuo morbo æquiparatur, corpus
enim reddit debile. Item qui stomachi debilita-
te afficiuntur, & nequeunt in vnicâ refe-
ctione tantum cibi sumere, quantum ad com-
modè nutriendum corpus sufficiat; quia scilicet
illa quantitate nimium stomachus prægra-
uatur, & difficile concoquere potest. In hoc
calu ieiunium nimis euadit onerosum, & extra
rationis terminum corpus affligens. Item qui
nocte dormire non potest, nisi cænet, non tenetur
ad ieiunium. Quia subtractio somni
valde corpori nocet, impedit enim decoctionem
nisi cibi, & ad morbum disponit. Idem dixe-
rim, si quis noctu calesceri non potest. Debet
tam esse notabile impedimentum somno, aut
frigoris expulsiōis, quod censetur corpus in
tali statu constituturæ, vt eo subleuamento in-
digeat. Verum quando quis non potest noctu
dormire, vel calesceri nisi cænet, non tenetur
mane sumere refectiunculam, & deferre refe-
ctionem ad horam cœnæ. Quia in ieiunio
quilibet habet ius ad sumendam principalem
refectionem in meridie, nec vt ieiunetur tenetur
quis hoc ius priuare. Omnia hæc ex D.
Tho. in 4. dist. 1. q. 3. a. 1. Bonac. de præ. Eccl. di.
v. 1. q. 1. p. 1. vlt. num. 1. Pasqualig. decis. 26. l. 2. 6. 3.
26. 4. 6. Lefio l. 4. c. 1. dub. 6. Sanch. l. 5. opusc.
c. dub. 14. Diana p. 1. tr. 9. resol. 5. 1. & Sancio in
select. d. 45. m. 13. collegi.

69 *Femina gravidæ, aut lactetis præcepto ie-*
Epregnâ, iniij non adtinguntur. Quia non solum sibi,
ut lactet. sed etiam proli debent alimentum præbere, vnde
ni. cibos debet pro duabus personis sufficere. Et
in feminis gravidis speciei ratio militat, quia
sepe vehementissime appetunt nonnullos cibos,
quibus si appetitui mox non satisfaciunt, proli
imminet non femel periculum. Naar. *sum. c. 2. l.*
70 *anid. 2. l. 4. Diana p. 1. r. 9. r. fol. 1. 4.*
Quæ quid.

70 *Qua quidē*
regulariter
a praecepto
non concedit
ur
in casu
minime ex
ceptatur.

mu. 24. Diana p. 1. r. 9. §. fol. 14.

Regulariter vero praegnantēs & lactantes
a praecepto abstinendi à carnibus in die ieiunij
non exculantur. Quia possunt se ac infan-
tulum cibis in ieiunio permixtis sustentare si
tamen praegnantes vehementer carniū ali-
mentum appetant, debet eis concedi. Quia ta-
lis appetitus nisi satietur periculosus est proli-
praegnantes vero infirmæ valetudinis, seu com-
plexionis rationabilem habent causam, ut cum
eis in praecepto abstinendi à carnibus dipen-
setur Bonac.

71
agnans
tenuetur.

teur. Bonac. de rae. Eccl. dub. vltim. q. 1. punct.
vltim. num. 3. Filiuc. traſt. 27. p. 2. n. 114.
Profecto mulier prægnans nec tenuetur, nec
poſſet cum periculo prolis ad vincenda carnis
tentamina ieiuare. Quia poſſet, ſi vult, ſine
Eſcob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI. P. II.

ieiunio huiusmodi stimulos superare: nec enim
ieiunium est medium necessarium. Vnde ordo
charitatis non exigit, vt nobis per ea media
prouideamus, quæ sunt noxia proximo, quan-
do necessaria non sunt, sed per alia possimus
providere. Diana p. 127. 9. resolut. 30. Pasqual.
deci. 289. & alij,

Ob moralem impotentiam exsulantur etiā
fenes. Quia senectus ipsa est morbus. *Excusatur*
rō, quia incipit senectus, non est in iure deter- *fenes sexa-*
minata. Quia stante, complexionum varietate-
te, senectus non semper eodem tempore in
omnibus incipit, cum alij citius, alij tardius
minutionem virtutis naturalis incipient experi-
ri. Regulariter a Doctoribus sexagenarij ex-
citantur. Quia hac ætate est maxima senectus
iuxta Medicos, in qua natura facile inedia, &
repletionē leditur graviter, sane licet aliqui sex-
agenarij validi ac fortes videantur, tamen eorū
natura prohibet ac tendit ad interitū. Sanchi-
de matr. l. 7. d. 5. n. 17. Portel. in dub. Reg. v. le-
iunium, n. 5. Sā v. leinnium, n. 9. Angles 4 p. 1. q.
6. diff. 6. Diana p. 1. rr. 9. resol. 20. Sancias in se-
l. 2. d. 5. n. 8.

Excultant & pauperes, qui alimonia ca-
rent sufficienti ad vnam professionem in die
ieiunij fundendam. Quia Ecclesia non intendit
quod corpori debitum alimentum subtrahatur,
sed solum vt per multiplicis refectionis, &
qualitatis ciborum substructionem maceretur.
Vnde pauperes mendicantes sunt regulariter
exempti à ieiunio. Quia fere nunquam con-
gruentem obtinent refectionem. At si pro ali-
quo die congruentem foriantur alimonia nisi
ex diebus præcedentibus passi fuerint graue
inediam ex qua sint vires attrita, teneantur
ieiunare. Quia cessante causa obligationem
precepti solvente, incipit ligare preceptum.
D.Th. 2.2.q.147.a.4.ad 4. & in 4.dif.15.q.3.a.
2.Azor.101.17.q.17.g. Reginal. 12.2.2.1.

Solius panis in quacunque quantitate refecti-
tionem habere, non sufficit, vt quia ieiunare
teneat: sicut nec habere fructus & olera.
Quia præfati cibi moraliter sentuntur incon-
grui, & insufficientes ad completam susten-
tationem. Angles qu. 6. de ieiun. diff. 9. Sanchi-
libr. 5. consil. capit. 1. dub. 15. Paqualig. de-
cifr. 279.

Imo licere pauperibus carniū vsum in die
prohibito, si alium cibum inuenire non possent.
Quia Ecclesia, cum incommodo graui
non obligat. Et quia quando de conferuanda
vita agitur, lex humana positua non viget. A
fortiori mendicij possunt ouas, ac lacticia, quæ
illis in Quadragesima dantur. Quia cum mendicantes
otiosum non habeant vnde alantur,
nisi ex iis, quæ ex stipe acquirunt, quæ non
præsumuntur debitam ipsorum sustentationem
excedere, possunt ratione necessitatis, quæ
eos à legis obligatione soluit, in cibum
accipere. Bonac. de prac. Eccl. dnb. vltim.
question. 1. punct. vltim. numer. 5. Manu. tom. 1.
summ. cap. 23. Henriquez l. 7. c. 13. mu. 9. Tolet. l.
6. cap. 4.

Pueri, & adolēscētes vsq̃ ad vīgēsimū
primū annū completū exultant ex
communi consuetudine p̃ceptum hoc sic in-
terpretāre. Quia cū vsq̃ ad id tēpus magnis
incrementis corpus augeat, copioso indiget
alimen-
G 3

G 3

71

Excusantur
senes sexa-
genary.

73

Et pauperes
qui sufficiē-
ti ad refe-
ctionem ali-
monia ca-
rent.

74

Non sufficit
habere panē
solum aut
fructus &
olera.

75

Licet pan-
derius
carnium in
die prohibi-
to.

76

Et pueri, ac
adolescentes
viginti
etque ad
triginti annū
impleti.

alimen^{primi anni} completum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

alimento non semel absumpto. Vnde Ecclesia eos obligare non intendit etiam si a loqui futura essent vitia ieiunia pro moribus carnis coercendis. Quia non intendit directè omne, quod vile; sed vult etiam quod non sit nimis onerosum.

77 Tenebuntur tamen pueri & adolescentes ante vigesimum annum ieiunare diebus præscriptis in Iulianæ Bulla, si velint eum lucrari. Vel si ieiunium à Confessario pro satisfactione sacramentali imponatur. &c. Quia in his casibus virget specialis ratio, ob quam non debet illa ætas excludi. Sanch. lib. 5. consil. c. 1. dub. 2. n. 6. Saneius in select. d. 54. n. 6. Fagundez præc. 4. libr. 1. capit. 8. numer. 5. Palqualig. decis. 147.

78 Post septennium adepto rationis usu ad post ratio. qualitatem ciborum in die præhibito obligatur. Quia præcepto negativo de non edendis cibis quatuor homines adstringuntur, postquam ad rationis peruenierint usum, nisi alia iusta excusatione sentiat ex causa. Omnes communiter.

79 Licetum est ministrare carnes infidelibus, quando prohibentur. Quia infideles legibus Ecclesiasticis non subsumuntur, unde non est eis nefas comedere carnes in quacunque die, ac proinde ministrans ad aliquid non concurrat illicitum. Sanci in select. d. 51. num. 3. Diana p. 1. tract. 9. resol. 42. Caspensi. tract. de cib. d. 4. num. 25. Sanch. l. 1. sum. c. 12. n. 9. Palqualig. decis. 50.

CAPVT VII.

De secunda causa excusante à ieiunij obligatione, quæ est Labor.

80 Excusatur quis, etiam si prævidet, voluntarium aborem. **81** A v s A secunda à ieiunio excusans est Labor, quo cum laboranti unica refectio non sufficit. Etiam si quis laborem ineat prævidens quod sit superuentura lassitudo eum impotentem ad ieiunandum reddens. Quia præceptum hoc obligat tantum ad abstinentiam secundum talem formam præscriptam: non autem ad conseruandas vires corporales, ita ut quis ieiunare valeat. Bonac. tom. 2. d. 2. q. 8. pun. 1. n. 16. Lublin p. 1. sum. v. ieiunium, n. 29. Diana p. 1. tract. 9. resol. 40. & 52. Sanci in select. d. 54. num. 14. & 20. Laym. lib. 4. tr. 8. cap. 3. num. 5. Sanch. l. 5. consil. c. 1. dub. 7. Palqualig. decis. 117.

81 Eximuntur quotquot suo labore victitant, Et qui la- cum quo ieiunium aptè consistere nequit: v. g. bore suo, Agricola, Fabri ferrarii, monetarum cutores, cum quo iei- omnesque operarii qui artes laboriosas exer- iunium ab- cent, vt textores: requirit enim hæc ars ma- te consistere, etiam continuè corporis agitationem, maxime nequit, vi- quando panni siue lanei siue linei, siue serici &c. textuntur. Furnarij quia furnaria ars est valde laboriosa, & vires robustas requirit. Satores conficietes calceos. Coqui, qui pro pluribus habet fercula præparare, ita vt fere totum diem in eiusmodi præparatione insistant, maxime cum ex igne, cui continuè assistunt, corpus modice lassetur. Molitores per totum diem molentes, qui deportant triticum im ponuntque

molendino, colligunt farinam & asportant quia magnus, eo inuolue labor ad ea præstata requiritur, si autem semel aut bis importet molendino triticum, & in modica quantitate farinam colligant, non excusantur. Fullones, Lanarii, Coriarii, quia hæc artes nimium sunt laboriosæ, si per seipsos, omnia artis ministeria exercent: si tamen leuia quedam obirent, & laboriosa facerent geri per alios, causa non ieiunandi cessaret. Circueuntes Ciuitatē cum mercibus venalibus liberi erant, si per totā diē circueant: quia iis, qui pedites iter agunt, comparantur. Palqualig. decis. 190. 196. 197. 298 & c. Lessi. l. 4. c. 2. Bonac. de præc. Eccl. d. ult. q. 1. pun. ult. a. n. 8. Fagund. præc. 4. l. 1. c. 8. Nauar. sum. c. 21. n. 16. Lezana v. ieiunium, n. 8. Diana p. 1. tract. 9. resol. 7. 9. & c. Saneius in select. d. 54. n. 14 & 15.

82 Quod quidem est verum etiam si huiusmodi artifices diuites sint, & aliunde victum, & con- etiam si tu- sueta familiæ commoda habeant. Sic declarat iusmodi Eugenius IV. anno 1440. Opifices (ait) suas artes ipsæ diu, exercentes, aut soloni colendis, ferendisque agris, re. sint. aut aliis eiusmodi rebus operam dantes, siue sint diuites siue pauperes, ad ieiunia sub peccato mortali non tenentur. Nauar. sum. cap. 21. numer. 16. Syluest. verb. ieiunium, q. 9. Fagund. præc. 4. l. 1. c. 8. n. 25. & 16.

83 Certe operarij huiusmodi non solum à ieiunio excusantur eo, quo laborant, die: verum etiam eo die, quo intermittunt laborem, vt. gr. tum labori, si dies festus interueniret. Quia & præcedenti, & subsequenti labori mos est gerendus, in naturæ subsidium. Quod intelligo, quando vno aut altero die contingat, ab opere laborioso cessare: nam si cessatio longior existeret tunc diebus intermediis excepto primo & ultimo, præceptum virgeret. Medina sum. l. 2. c. 14. §. 10. Diana p. 1. tract. 9. resol. 9. Sanchez l. 5. consil. c. 1. dub. 7. num. 10. Palqualig. decis. 293. Sylui. 2. 2. q. 147. art. 4.

84 Excusantur iter pedestre conficientes Quia continuis ille motus exigit, vt abundantes animales instrumentis queis exercetur ministerium spiritus, quod non poterit per vicam refectionem præstari. Tolet. l. 6. c. 4. n. 2. Bonac. de præc. Eccl. dub. ultim. question. 1. pun. ult. n. 10. Nauar. sum. cap. 21. n. 16. Sanci in select. d. 54. num. 21.

85 Iter autem in curru gerentes regulariter non excusantur. Quia modico illo labore vires non atteruntur. Nec equitantes sunt immunes, quando iter est breue & placidus equus, facili gressu & sine agitatione incedens. Si autem iter plurium dierum sit, & præsertim in æstate immunis erit equitans à ieiunio, etiam ab itineris initio. Quia non est solum præsens status, sed etiam futurus attendendus. Filliuc. tr. 27. p. 2. n. 122. Bonac. de præc. Eccl. d. v. q. 1. pun. ult. n. 11. Fagund. præc. 4. l. 1. c. 8. nu. 17. Sylui. 2. 2. q. 147. a. 4.

86 Non excusantur à ieiunio artifices, quorum labor est exiguus, vt sunt pictores, sculptores, præsertim illi, qui non per diem totam sed tantum aliquam partem, & potius recreationis causa huius exercitamentis opera impendunt. Quia nulla excusationis adest causa, cum ex longa ac continua attentione corpus non atteritur. Laym. libr. 4. tr. 8. c. 3. num. 3. Sanci in select. dub. 54. num. 16. Diana part. 1. tract. 9. resol. 8.

Sartores

Sect. I. De Præcep. IV. Recep. Sentent. 79

87 Sartores, & barbitonfores non eximuntur. Quia horum exercitamenta vires nō exhauriunt. Lessi. lib. 4. cap. 2. num. 43. Tolet. lib. 6. m. 16. Bonacin. dub. ultim. quest. 1. punct. ultim. numer. 12.

88 Scholares ad ieiunium tenentur. Quia si non possunt ieiunare, debent extraordinarium regulæ studij laborem remittere, vt valeant satisfacere præcepto. Azor. part. 1. lib. 7. cap. 17. quest. 8. Molfel. part. 1. summ. tractat. 10. cap. 4. num. 43. Bonacin. dub. ultim. quest. 1. punct. ultim. numer. 12. Profecto quando studium est continuū præcipue si in Reipublicæ cedat utilitati, verbi gratia, in Advocato, causam esse sufficientem existimo, vt ieiunij obligatio solvatur. Quia studium huiusmodi magis debilitat corpus, quam quodlibet mechanicum exercitium.

89 Denique omnes, qui officio suo fungi nequeunt cum ieiunio, excusantur etiam si labor non sit nisi ingenij. Quia parum refert, qualis sit labor, si nō patitur secum ieiunij vltim. Et quia labor ingenij assolet laborem corporis ad afflictionem, & debilitatē ingerēdam longo intervallo superare. Bonacin. de præcep. Eccles. dub. ultim. quest. 1. punct. ultim. num. 10. Pasqualig. decis. 325. Angles de ieiun. quest. 6. diff. 10.

90 Scribas, qui per totum diem scribunt, à ieiunio excusantur. Quia labor est ingens ex capitis defatigatione. Diana part. 4. tractat. 4. resolut. 130. Pasqualig. decis. 135. Angles de ieiun. quest. 6. diff. 10. profatus: Tres digiti scribunt cetera membra dolent. Eadem est ratio de Notariis, qui per totum diem laborant transcribendo scripturas. At si vacent componendis instrumentis, à ieiunij onere non absolventur. Quia modicus, & non continuus labor. Gordon. lib. 6. quest. 18. capit. 6. Sanchez lib. 5. consil. cap. 1. dub. 7. Azor. p. 1. l. 7. cap. 17. quest. 8.

91 Equidem in Typographia non excusantur Prelo typographo à ieiunio typos colligentes. Quia nullus ferè labor mentis interuenit: labor autem corporis, quælibet est moderatus, cum abique corporis fiat agitatione. Versantes verò prelo omnino excusantur. Quia grauis est labor, cum debeant ducere, ac comprimere prelo. Diana part. 4. tractat. 4. resolut. 134. Gordon. l. 6. qu. 18. cap. 6.

CAPVT VIII.

De tertia excusante à ieiunio causa, quæ est Pietas.

92 TERTIAM excusandi à ieiunio causam Pietatem assigno. Ob illam excusantur omnes, qui operibus præstantioribus incumbunt, quæ cum ieiunio geri non possunt, qualia sunt opera misericordiæ spiritualia, & corporalia, & Re-

ligionis. Quia præcepta Ecclesiæ non impediunt maius bonum: ita enim bonum præcipient, vt si maioris sit impedimentum boni, obligatio cesset. Hæc Ecclesiæ quidem intentio, quæ sicuti sequitur charitatis directionem, ita semper intendit maiorem Dei gloriam, quæ in maiori bono comparatione minoris reperitur. Opera autem pietatis sunt maius bonum, excellentioris vtique virtutis, quam sit ieiunium. D. Thom. in 4. dist. 15. quest. 3. artic. 1. quest. 2. Sylui. 2. 2. qu. 147. artic. 4. Fagundez præcept. 4. lib. 1. cap. 8. numer. 19. Pasqualig. decis. 339. Sanci. in sele. d. 54. num. 22. Nauart. summ. cap. 2. num. 16. Non autem requiritur, quod ieiunium reddat opus pietatis absolute impossibile; sed sufficit notabilis difficultas in opere huiusmodi, simul cum ieiunio, exercendo.

Hinc excusantur Concionatores qui singulis diebus in Quadragesima, vel qui ter, quaterve in hebdomada concionantur. Quia res excusantur hoc ministerium viuidas requirit vires, quæ ieiunio atteruntur. Secus dixerim de iis qui semel tantum in hebdomada suggestum ascendunt, nisi essent debiles, & delicatæ complexionis; quod quidem prudentis arbitrio remittendum cenfeo. Sylui. 2. 2. quest. 147. artic. 4. Bonacin. de præcep. Eccles. dub. ultim. quest. 1. punct. ultim. numer. 11. Diana part. 1. tractat. 9. resolut. 10. & 11. Sanci. in sele. dub. 54. numer. 17. Lessius lib. 4. capit. 2. num. 42.

Lectores Theologiæ, Philosophiæ, Iuris Civilis, & Canonici, Medicinæ, &c. non sunt excusandi absolute à ieiunio, sed solummodo cum labor est improbus, & debilior complexio, quam quæ suo muneri cum satisfactione obeundo sufficiat. D. Thom. quodlib. 5. a. 18. Fernandez p. 2. c. 8. §. 2. n. 12. Sylui. 2. 2. qu. 147. artic. 4.

95 Confessarij à ieiunio eximuntur, quando commodè ieiunare non possunt. Quia melius, ac vtilius confessiones audire, quam seruare ieiunium, quod non debet esse boni maioris impedimentum. Ast id intellige pro iis diebus tantum, quæ maior ex parte diei id munus nare non exercetur. Profecto opus hoc est valde laboriosum, cum continuam attentionem, mentisque agitationem requirat, tum in interrogandis penitentibus, tum in discernendis peccatis, & circumstantiis, &c. Ast si vel per plures horas Confessarij venialium peccatorum confessiones audiret, non excusaretur. Quia mens non defatigatur. Azor. part. 1. lib. 7. cap. 18. quest. 1. Sà verb. ieiunium, num. 9. Pasqualig. decis. 331. Diana part. 1. tractat. 9. resolut. 10. Lublin. part. 1. summ. verb. ieiunium, numer. 5. Fagund. præcept. quart. lib. prim. capit. octau. numer. 10.

96 Templi ornantes ieiunij obligatione non arctantur. Quia huc illuc discurrent, ornamenta deportantes, scalas ascendunt, & in ornantibus huiusmodi defatigantur: vnde labor ipsorum potest labori artificum æquiparari. Bonacin. præcept. Eccles. dub. ultim. quest. 1. punct. ultim. num. 13. Molfel. part. 1. summ. tractat. 10. cap. 4. n. 42.

97 Excusatur coniux, qui cum ieiunio debitum reddere coniugi non valet. Quia hoc in casu duo præcepta concurrunt, nempe iustitiæ qui cum is

ieiunia debi- reddendi debitum, & Ecclesiæ ac ieiuniorum reddenda. dit autem in hoc concursu præceptum de ieiuniorum qua obligatio iustitiae strictior est, tum quia præceptum reddendi debitum est naturale diuinum, & idèd præcepto humano ieiunij anteposendum. Sanchez de matrimo- lib. 9. d. 3. num. 10. Bonacin. dub. vltim. questio. 1. punct. vltim. num. 14. Sanci. in select. d. 54. nu. 23. Sylui. 2. 2. questio. 147. artic. 4. Pasqualig. decis. 280.

98
Et vxor,
quam vir
ieiunare nō
permittit.

Excusatur etiam vxor, quam maritus ieiunare non permittit, eo quod eius valetudini, aut formæ metuar, aut quia esse nimis debilem arbitrat. Quia bonum matrimonij exigit, vt mutus coniugalis conferretur: bono autem status matrimonialis cedit Ecclesiæ præceptum, quando per accidens est ipsi contrarium. Monuerim tamen, vxorem censendam ad hoc esse in tali statu constitui, vt ob ieiunium minus viro placeat. Quod si fortè maritus id faceret in Ecclesiæ contemptum, potius esset nex appetenda, quam parendum. Sanci. in select. d. 54. num. 24. Nauarr. summ. cap. 21. num. 16. Fagundez præcept. 4. libr. 1. cap. 8. numer. 18. Paschalig. decisio. 281. Bonacin. de præcept. Eccl. s. dub. vltim. quest. 1. punct. vltim. num. 14.

99
Nec si vir
præcipiat
vixori.

Nec tenebitur vxor, quando à marito frangere ieiunium præciperetur, si ex inobedientia graues essent discordiæ oriatur. Quia præcepta positiua cum scandalo non obligant, hoc est, quando ex scandalo sumpto ab alio, temporale nocumentum præceptum seruanti sequeretur. At si dubium rationale adesset, an rixæ magnæ considerationis, vel lenis essent censendæ, opus esset prudentis consilij declaratione Sanci. in select. d. 54. num. 26. Sylui. 2. 2. questio. 147. artic. 4. Sanchez de matrimo. lib. 9. d. 3. num. 13. Tolet. libr. 6. capit. 4. numeri 4.

100
Catholica
hæretico
nupta po-
test non ie-
iunare.

Catholica mulier hæretico nupta potest non ieiunare, si maritus hæreticus præcipiat, seculo Religionis contemptu. Quia cum vir id in odium Religionis non agat, non adest alia obligatio nisi illa, quam secum affert præceptum de ieiunio: hæc verò cessat; agitur enim de vitanda familiæ perturbatione. At si vxor posset facillè maritum inducere, vt sibi ieiunare permittat, inducere, & ieiunare teneretur. Quia signum esse illum non magnam habere repugnantiam, vtique quæ non præponderaret ieiunij obligationi. Fagund. præc. 4. libr. 1. c. 9. n. 10. Lublin. v. ieiunium, n. 15. Azor. p. 1. l. 7. c. 18. q. 7.

101
Nubere vo-
lens excusa-
tur, si ob id
esset nota-
biliter de-
formis red-
denda.

Nubere volens scemina à ieiunio excusatur, si ob illud esset deformis notabiliter reddenda. Quia formæ iniuria in ordine ad coniugium notabile malum censetur; præceptum verò ieiunij cum tanto detrimento non obligat. Monuerim tamen, posse tantum in Quadragesima excusari, non in aliis per annum vigiliis, aut in singulis ipsius diebus Quadragesimæ: tenebitur enim bis, aut tertio in hebdomada ieiunare: nisi fortè complexio tam delicata sit, vt ex his quoque ieiuniis notabiliter muliebris forma lædatur. Sanch. de matr. lib. 9. d. 3. num. 12. Pasqualig. decis. 285. Fagundez præcept. 4. libr. 1. cap. 8. num. 18. Sanci. in select. d. 54. num. 25.



CAPVT IX.

De quarta causa excusante
à ieiunio, quæ est
Dispensatio.

OLLI potest per dispensationem ieiunij obligatio. Quia Tolli potest cum ieiunia, quæ in Ecclesiæ obseruantur, de humano rationem sunt iure, obligatio ad ipsa obligatio. potest per dispensationem

aufferi. Omnes sic.

Hanc dare absolute potest Summus Pontifex non solum concedendo alicui, vt nunc. Hanc dare quam ieiunet, sed etiam omnino ieiunij legem abolui. auferendo. Et hoc verum, etiam si lex de ieiunio Apostolica sit, vel in generali Concilio præscripta. Quia lex humana debet esse sub potestatis humanæ dispositione, & cum nulla humana potestas sit potestate Pontificia maior, sub illius dispositione omnis lex humana Ecclesiæ erit. Couarru. part. 2. Decretal. cap. 6. Paragraph. 9. numer. 6. Syluest. verb. ieiunium, questio. 7. Azor. part. prim. libr. 7. cap. 18. questio. secund. Nauarr. summ. capit. 21. numer. 21.


Possunt etiam Episcopi dispensare cum aliquo in ieiunio, quando rationabilis adest causa. Potest, & si non tamen possunt præceptum de ieiunio, Episcopi si vniuersale sit, abrogare. Ratio prioris est, dispensare quia leges debent sufficienter communitati cum aliquo providere, vnde debet adesse in quacumque si ad ipsam communitate particulati sufficiens iurisdicctio sit causa. pro illa regenda, ac providendo in iis, in quibus non potest ad supremum superiorem recurriri: alius autem est dispensandi in lege ieiunij facultas. Posterior pars probatur. Quia inferior non habet supra leges superioris iurisdictionem. cap. Citem inferius. cap. Quod super his, de maiorit. & obedient. D. Thom. in 4. dist. 15. questio. 3. artic. 2. questio. 4. Lezana verb. ieiunium, numer. 10. Nauarr. summ. capit. 21. numer. 21. Sylui. 2. 2. questio. 147. artic. 4.

Porro quando lex localis de ieiunio lata est ab Episcopo, aut ab eius prædecessore, imò ab eo potest ab ipso abrogari. Quia quilibet legislator potest propriam reuocare legem, & iunij ab ipso etiam sui prædecessoris, cum ipso enim passo, vel a rem habet auctoritatem. At si præscribatur prædecessori ieiunium Concilij Prouincialis lege, non potest abrogari ab Episcopo, licet possit in ipso dispensare. Verum si tantum Synodalis sit lex in Synodo Diocesana sancita, poterit abrogari ab Episcopo. Quia qui dat vigorem legi, potest etiam per abrogationem eam auferre. Suar. de legibus libr. 6. capit. 26. numero nono, Sanchez de matrimo. libr. octau. dub. 17. numer. 33. Pasqualig. decisio. 384.

Regulares Prælati, attento iure consuetudini, possunt cum suis subditis (sicut Episcopus cum suis) dispensare (suis)

Secl. I. De Præcep. IV. Recep. Sentent. 81

(uis) circa ieiunia Ecclesiastica, comestionem carnum, ouorum, & lactiniorum in Quadagesima dispensare: & à fortiori, vt aliam horam prandij ante nonam anticipare. Quia sunt suorum subditorum Prælati Ordinarij, ac proinde iurisdictionem spirituales circa ipsos obtinent. Caiet. 2. 2. q. 147. a. 4. Sylui. libi. Miranda tom. 2. q. 30. a. 1. concl. 2. Hieron. Rodrig. in comp. resol. 75. n. 1. Portel. in dub. reg. v. Ieiunium, n. 5. Nauar. c. 21. nu. 21. Tambur. de iure Abbat. tom. 2. d. 1. 2. q. 5.



CAPVT X.

De dubio circa Ieiunij obligationem.

Qui dubitat, num iustam habeat causam non ieiunandi, ieiunare tenetur, nisi dispensationem non ieiunandi à Superiore obtineat: vel nisi dubium Parochi, vel Confessarij confilio deponat: vel alia ratione à dubio liberetur. Quia in dubio fauendum possidenti, pro lege autem tunc adest possessio. Tolet. l. 6. c. 4. n. 9. Lessi. l. 4. c. 2. dub. 5. n. 34. Sanch. de mat. l. 2. d. 4. m. 38.

Dubitat quis, an vigesimum primum annum expleuerit. Post adhibitam sufficientem diligentiam, non tenetur ieiunare. Quia possessio est pro libertate, & dubium de præcepto, nec ius incertum debet contra ius certum præualere. Stante autem dubio de complemento anni vigesimi primi, adest ius certum propriam possidendi libertatem, & ius præcepti obligantis incertum est. Quod si probabile sit, tempus esse completum, & completum non esse: sequi potes vtrumlibet. Quia non est maior ratio de vna parte, quam de altera: ideoque de libertate tua poteris te determinare. Fagund. præc. 4. l. 1. c. 8. n. 7. Laym. l. 1. tr. 1.



SECTIO SECVNDA.

De Præcepto obseruandi Ieiunia, Dubia.



CAPVT XI.

Circa Ieiunij Ecclesiastici Naturam.

DVBIVM I.

An præceptum Ieiunij sit affirmatiuum?

AFFIRMATIVVM est, non negatiuum. Quia idem est præcipere, vt semel tantum in die comedatur, ac prohibere, ne sepius quam semel manducetur. Ita

q. 5. §. 4. n. 33. Sanch. in select. d. 5. 4. num. 5. Diana p. 1. tr. 9. resol. 49. c. p. 4. tr. 3. resol. 21.

At si quis dubitet, an die Iouis sit hora duodecima media noctis, adhuc potest carnibus vesci. Quia est in possessione dies Iouis, & non tenetur credere diem Iouis præterisse, quousque id euidenter agnoscat. Et quia quando quis dubitat, an sit media nox, dubitat, an inceperit abstinendi à carnibus obligatio: vnde ius præcepti est dubium num pro illo tempore valeat: ius autem edendi carnes in die Iouis, (vel non ieiunandi, si dies Veneris dies sit ieiunij) est certum: ius autem dubij non potest contra ius certum præualere. Sanchez de matr. l. 2. d. 41. n. 40. Fagund. præc. 4. l. 1. c. 10. n. 2. Diana p. 4. tr. 3. resol. 18. Pasqualig. decis. 163.

E contra si hodie sit dies Veneris, vel ieiunij, & dubites, an sit media nox, vel hora duodecima sonuerit, non poteris carnibus vesci, nec cenare. Quia possessio est pro præcepto, cum constet, hodiernam diem esse abstinendi, vel ieiunij, & dubitetur, num sit hora tractata. Non enim potest quis prudenter credere, iam præterisse, quousque aliqua probabilis ratione nitatur. Sanch. de matr. l. 2. d. 41. v. 5. c. 1. n. 40. Diana p. 4. tr. 3. resol. 18. Fagund. præc. 4. l. 1. c. 10. n. 2. Ghilinus summ. v. Ieiunium, n. 18.

Profecto præceptum de seruando ieiunio, vel de abstinentia à carnibus à media nocte in mediam noctem, intelligendum est de media nocte moraliter computata, non verò mathematicè. Quia non potest imponi ab Ecclesia præceptum nisi eo pacto quo potest obseruari, alioquin ad impossibile obligaret; non potest autem seruari, nisi media nox moraliter computetur: nam media nox mathematicè non potest cognosci, nisi stellarum cursus obseruentur, quod est impossibile: tum quia pauci obseruare sciunt: tum quia obseruari non possunt, quando nubibus cælum offunditur: tum quia horologia nunquam ita exactè indicant, vt præcisè horam certam assignent. Pasqualig. decis. 158. 159. & 160.

SCOLAR

206 Mor.

207 V. II.

208 E. IV.

6

est enim hoc præceptum de ieiunio affirmatiuum, vt tanquam negatiuum exponatur. Sic Ledesma 2. p. 4. question. 17. articul. 5. Bonacin. dub. vltim. de præcept. Eccles. quæst. 1. citans Valentiam, Nauartum, Azorium, Sà, Reginaldum, & alios. Fagundez præcept. 4. libr. 1. cap. 4. numer. 6. Pasqualig. in praxi ieiun. decis. 33. numer. 2.

Non est affirmatiuum, sed negatiuum. Quia continet essentialiter negationem non vescendi carnibus, & non comedendi plusquam matinum, semel in die, & non edendi ante horam conuersuetam: ergo negatiuum omnino est. Ita Cotonar. libr. 4. variarum cap. 20. num. 13. Beja part. 1. casu 45. Villalob. tract. 23. diff. 6. n. 6. Sancius